



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Confessis. Titvlvs IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

parociam alterius possedit) non audatur, nisi probet possessionem legitimam. Iean. And.

Bonifacius VIII.

Ad decimas 4, quas canonici b' sancti Nicolai se al-
serunt intra parochiam ecclesie. Clerici posseditis ali-
quandiu, & eis per eundem clericum spoliatos fuisse, ne-
quaquam debent restituiri, nisi evidenter docuerint, quod
earum possessionem legitimè auctoritatem suorum habent. Quia eas
occupasse iniuste verisimiliter presumuntur, cum prove-
niant ex praditis intra alienum parochiam constitutis. Sit
que manifestum (nisi aliud ostendatur) eas de jure com-
muni ad eandem ecclesiam pertinere.

DE DOLO ET CONTUMACIA.

TITVLVS VI.

CAP. I.

Altior contumacia condemnatur in expensis: nec citatur ultio-
ris ad suam petitionem reua, nisi caverit de saniendo & cam-
pando.

Innocentius IV.

Actor qui ad terminum venire, ad quem citari
adversarium fecerat, non curavit, venienti reo
in expensis d, (propter hoc factis legitimè)
condemnatur. Ad citationem aliam minime admittendus, nisi sufficierter caverit, quod in termino fideliter
debeat comparere.

CAP. II.

Judex appallantem & recedentem citare ulterius non tenetur, si
ante in causa procedere: nisi forsitan appallationi renunciet. Iean.
And.

Bonifacius VIII.

EVm, qui à tua interlocutoria vel gravamine, quod per
te sibi proponit illatum, à tua praefacta recedit ap-
pellans, (cum protestari videatur hoc ipso se nolle coram
te cetero litigare) citare ad alia, que postea in iudicio
facienda incumbunt, vel etiam ad sententiam audiendi,
nisi sponte appallationi sua renunciet) non tene-
ris. Nec ideo minus (quod in ejus absentia processus)
tuis processus validus reputari debet.

DE EO QVI MITTITUR IN POSSES- SIONEM CAUSA REI SER- VANDAE.

TITVLVS VII.

CAP. VNUS.

Quando agitur de beneficio ecclesiastico, ob contumaciam res-
ponsum suum in possessionem, sed ad sententiam lite non conteftata
proceditur.

Innocentius IV.

EVm f, qui (super dignitate, personatu, vel bene-
ficio ecclesiastico obtinendis) cum aliquo litigat
possessore, ob partis adversae contumaciam, causa
rei servanda in ipsorum possessionem statuimus non mit-
tendum: ne per hoc ad ea ingressus patere valeat vitio-
lis. Sed liceat in hoc casu (contumacis absensiam divi-
na repleta praesentia) etiam lite non conteftata g, diligenter examinato negotio, ipsum fine debito termi-
nare.

a. Vid. Matt. de affl. deci. 32. b. vide Bald. gl. c. fin.
supr. de preci. Font. c. al. ita: Innoc. IV. in concil. Lugdun.
d. vid. Bald. in l. sanctiss. C. de jud. & i. posse. litig. de del. &
contum. Font. e. al. ita: Innoc. IV. in concil. Lugdun. f. Am-
plius istud cap. ad fructus beneficiorum, nec fiet eorum sequestra-
tio nisi in Clem. II. de seq. pof. Phil. Font. g. Ubi contra contuma-
ciam non mutius in possessionem, & si mora sit periculosa, prece-
ditur ad definitivam.

V T LITE PENDENTE NIHIL INNG.

VETUR.

TITVLVS VIII.

CAP. I.

Si ex dubius litigantibus electis alter decedat, renunciet, vel à
prosecutione causa excludatur, si lita pendente cum reliquo fuerit a-
lia electio facta, non inter.

Bonifacius VIII.

Dependit, quæ propter electiones diversas eccl-
esi patiuntur interdum, occurrere cipientes:
Statuimus, ut si (aliquibus apud fedem Aposto-
licam, vel alibi ligantibus, super electionibus de se in
discordia celebratis) aliquem iporum mori, vel suo iuri
renunciare, aut à prosecutione ipsius contingit quoquo
modo exclusi: ad electionem aliam (lite super electione
superficiis electi pendente) nullatenus procedatur. A-
lijs attentata contra hoc electio, ipso jure viribus non
substat.

CAP. II.

Si beneficiatus (contra quem super beneficio litigatur) cedit, vel
decedit, si alia lita pendente cum superficie fuerit electus, nos va-
les electio. Si vero aliqui (quorum inter se) ad defensionem li-
ti velint admitti, in eo statu, in quo erant causa, admittentur. Iean.
And.

Idem.

Si iij (contra quos super dignitatibus, personatibus, vel
aliis ecclesiasticis beneficiis, quæ possident a litigatur)
lite pendente cedant, vel forte decedant: ne propter
novos adverbarios (qui malitiosè interdum petitoribus
furtagantur) litigia in ecclesiarum dispendium protogra-
ri contingat: statuimus, ut dignitates, personas vel
beneficia hujusmodi (donec contra superficies lis finita
fuerit) alii nullatenus conferantur, nec ad ea eligatur
quispiam, vel etiam praesentetur. Quod si fecus alcum
fuerit, eo ipso iurium habeatur. Sane si ad defensionem
ipius litis, aliqui quorum inter se, petierint se admitti,
eos in illo statu, in quo ipsam invenient, decernimus ad-
mittendos.

DE CONFESSIS.

TITVLVS IX.

CAP. L

Super fallo negativo per partem improbabili (si judicii videbi-
to) est admittenda positiva. Domine.

Innocentius IV. in concil. Lugdu-
nanfi.

Si statuimus s, ut positiones negativas (quæ probati
non possunt nisi per confessionem adverbariorum) judi-
cates admittere possint, si exequitate suadente viderint
expedire.

CAP. II.

Si reus iussu positionibus respondere recusat, vel si contumaci-
ter recedit, habeantur pro confessari: scimus si prius quam sic ius-
sus esset, consumata fuerat: nam tunc procedetur contra eum san-
quam contra contumaciam. Iean. And.

Bonifacius VIII.

Si post praestitum veritatis aut calumniae juramen-
tum, reus vel procurator ipsius, positionibus ab
adversario sibi factis interrogatus, iussusque à judi-

a. Rg. Phil. & Pet. de Anch. cap. quod in beneficibus & fl
vera posse, & illa est causa quare in talibus suis posse, sicut
ut in profanis: & limitam ipsum textum Anch. & Dominicu, non
procedere in posterite decedente: neg. obsecr. Clem. 10. si abero. in eod.
qua illa intelligatur, quando nulla in penitus mortua petire: item
limitatur textus quando fuerit inter prouisionem à Papa, & eum ad
quem fuerit prouidere. Phil. his Font. b. vide Paul. de Capt.
conf. 107. incip. ad primum. vol. 2. & Cyn. 1. 2. 6. sed quia. v. de
jur. cat.

eeee

ce a respondere, absque rationabili causa recuset, aut nolit, seu contumaciter se absenseret, haberi debet (super iis, de quibus in ejusdem positionibus interrogatus extitit) pro confesso. Verum si antequam respondere sic iussus fuerit, eum contumaciter absentari contingat, tunc pro confessio non debet haberi: sed est alias contra eum, tanquam contra contumacem (prout ratio dictaverit) procedendum.

DE TESTIBVS ET ATTESTATIO-NIBUS.

TITVLVS X.

CAP. I.

Socius in crimen simoniae admittitur in testem, si sit socius or- minis tantum, & agatur civiliter: ad alios non. Ioan. And.

Gregorius IX. in concilio generali

Lugdunensis.

Mediatores (per quos feci simonia plerunque committitur) ad testimonium contra fecieris ejusdem autores (in detectionem criminis) admittuntur, si non agatur criminaliter, sed civiliter, & emolumen exinde non fuerint affectui.

CAP. II.

Ponit modum reservacionis eius: & das modum jurandi super positionibus, & dici per quem iurare debet: das modum respon-dendi, & modum testes probatorios reprobandi, & reprobatorios sis-rum reprobandi. id. Ioan. And.

idem.

Presentium auctoritate mandamus, quatenus in causa, quæ inter Abbatem & conventum S. Nicolai Andegavensis ex una parte, & priorem & conventum de Paldigen. Lyconen. dioecesis ex altera (super eo quod idem Abbas & conventus, se ab ipsi Prior & conven-tu de Paldigen. possessione subiectum) ejusdem prioratus assurunt (poliatis, & super irritandam quadam compositione olim inita inter partes, & rebus aliis) verti-tur: ab eisdem Abbat & priore, nomine suo, & in animas conventuum eorumdem, vel majoris & sanioris partiis ipsorum, receptro juramento de veritate dicenda: in-jungas dictis Abbat & priori, (ut tam ponendo, quam respondendo) dicant veritatem, quam (super positionibus tibi sub bulla nostra transmissis) ipsi sciant, & per illos intelligunt, in quorum animas juraverunt. Prater ea sigillatum super qualibet articulo in qualibet positione contento facias a partibus sufficienter ad invicem responderi: nulla prorsus ab eis super ipsis positionibus contradictione recepta. Sine juramento autem à syndico utriusque partis quia sciat de hujusmodi positionibus vel credat, inquiras. Testes etiam, quos super articulis sub eadem bulla transmissis, pars dictorum prioris & con-ventus duxerit producendos, ad reprobando testes partis alterius in causa principali producitos (quorum nomina in eisdem articulis continentur) usque ad Kal. Novemb. proximò futuri, examines (secundum partis adversa interrogatoria, quæ tibi sub eadem bulla transmittimus) diligenter: primò tamen in personam cuiuslibet testis a predictis Abbat & conventu producti, facta sigillatum specificatione crimum, & aliorum objectorum tibi, in eisdem articulis contentorum. Si vero dicti Abbas & con-ventus aliquos testes coram te produixerint, contra restes b

a. Vide supr. c. pros. & ff. de interrog. art. 1. si sine. supr. de dol. facies ibi de hoc Ioan. And. b. Not. quod judex porci prafigere termino ad reprobandas personas testimoni ante publicationem at-testationum. Nam attestations publicata non erant, quia judex ea causa temebatur remittere. Pet. de Aub. Ets.

ab eisdem priore & conventu producendos paxta altera (quos ipsi Abbas & conventus, tibi super reprobatione testium productorum prioris & conventus in eisdem causa & produxerint) percipere, ac eos usque ad Kalendas Februarii proximo, futuri diligenter examine posse: simul specificatione crimum, & aliorum (qua contra egestes eostundem prioris & conventus objecta facient) observata: prius tamen primito juramento a procuratore dictorum Abbatis & conventus, quæ salvo e malitia non procedant.

CAP. III.

Advocatus vel procurator principalis causa, in causa apud omnes testificari non potest. Juramentum autem (personam solente pro appellante) sibi deferri non debet, nisi iudex iaceat. Dominicus.

Innocentius IV. in generali consilio

Lugdunensis.

Romana ecclesia: & infra. In appellatiois causa, qui appellans procurator vel advocatus in nisi iudicio fuerat, non recipiatur in testem. Neque male & eis ipsi appellanti (præsumptione faciente pro eo) debet tur etiam juramentum: sed tunc cum impeditus vel divisa-rum & ipsius causa circuitus stans, id fuerit licet.

DE IURE IURANDO.

TITVLVS XI.

CAP. I.

Pralati, canonici, rectores, & officiales lectorum, qui iuram statuta, & confuetudines loci vel ecclesie servantes, prout ea iuramenti non obligantur ad illicita, impedita vel divisa-ecclesiastica libertatis: nec ad ea debet inquit sua referi. hanc And.

Nicolaus III.

Contingit b. in nonnullis ecclesiis de certis confuetudinibus observari, quod nec placitum possit. Ilati (cum primò ad ecclesiæ ipsas accedunt) admittuntur, nec canonici (cum de recipiendis iudeis novis canonizis agitur) aliter recipiuntur in ipsi, si jure statuta & confuetudines ipsorum ecclæsiæ scripta & non scripta inviolabiliter observare. Inter laicos etiam in multis civitatibus, castis, & tenetis in istis potestatibus, rectoriis vel officiis assumendis, non confuetudinis moribus irrepsi: quod potestares, rectores & officiales hujusmodi, ad potestarias, rectorias & officias eadem (nisi prius servantes si statua locorum clausa & juraverint) nullatenus admittantur. Quia vero in statutis, confuetudinibus sequentibus, interdum aliqua reperiuntur illicita seu inopportuna, ad obviariant ecclesiastica libertati (ne filii genitalitate jurandi, sic jurantibus peccandi occasio patuerit, cum juramentum non fuerit, ut efficit iniquitas in statutum, institutum) hoc generali constitutio uniuersorum periculis obstatere cupientes: praecipuum à quibusdam scientibus contineri in predictis confuentibus & statutis, illicita, impossibilis vel libertati ecclesiastica obviaria, juramenta hujusmodi aliquem non praefari. Et talia iuramenta ea intentione facta, vel facta, ut etiam illicita vel impossibilis, seu ecclesiastica libertati obviaria obseruentur (cum etiam sub tali intentione praefari non possint absque divina misericordia, decernimus in hujusmodi illicitis, impossibilibus, seu libertati ecclesiastica obviariibus, non ferenda: quia potius pro animarum salute, si sub forma praedita vel simili aliquis ignorantes praecincta illicita seu

a. *Dicitur, causa, debet in antiquo codice.* b. *De intellectu, ut de Decr. in rub. de consil. 1. leit. c. an si differentia posse simpliciter observae flentia, vel contenta in statutis, vel prima in statuto, viae filii, in v. cum accessissent, deconfit.*

impollit.